

« priore duodecim gradibus versus polum Antarticum ele-
 « vato, horridis et inaccessibleibus fere montibus «ut sunt Cafa-
 « tes, nitri argenti, alique montes, quamplurimi circumdato.
 « Atque ita ut diximus, ex hoc Nilus exoritur descendit
 « recta lineà versus Septentrionem ad 400milliaria, ubi demum
 « in secundum priore majorem et mare ab incolis appellatum
 « influit, sub lineà Equinoctiali situm, cujus latitudo est 220
 « milliaria. De hoc pro certo referunt Anzichi, versus Sép-
 « tentrionem vicini, habitari eum a populis Lusitanos per
 « omnia referentibus, scripturis, numeris et mensuris uten-
 « tibus, unde argumentamur imperium altissimum aut Prette
 « Gianni hinc non longé abesse. Ex hoc autem lacu effluens
 « per 700 milliaria, insulam constituit Meroen, aliis etiani
 « fluminibus auctus. Conjungitur enim cum eo orientali
 « latere Colues, fluvius magnus, quoque e lacu ejusdem no-
 « te minis in confluiis Melindani regni sito, oriundus, aliisque
 « ab alia parte torrentibus; quibus, ut diximus, auctus in
 « duas partes dividitur, terram altam ac montosam ab utra-
 « que parte ambiens, quæ Merce ab incolis appellatur. Præ-
 « terea in circuitu hujus insulee ab utroque latere multi alii
 « concurrunt fluvii et torrentes, quorum ab Oriente præci-
 « pius et maximus est Abagni e lacu Bracina imperium
 « Prette Gianni perfluens, et ab Occidente præcipuus est
 « Saraboë, e lacu ejusdem nominis proveniens : fluvii præ-
 « ter cæteros magni et navigabiles. Quos omnes in se reci-
 « piens Nilus, versus Septentrionem insulam ita ut diximus
 « constituens, in unum postea reducit alveum, et per Æthio-
 « piam defertur, usque ad cataractas illas célèbres, ubi in
 « valle quâdam restrictus altissimis montibus, tandem juxta
 « Sienem insulam, ex altis decidit scopulis, ut aures sonum
 « etiam longius remotæ non sustineant. Et hinc Ægyptum
 « perfluens, tandem per aliquot ostia, quorum hæc diu
 « nempe Damieto (*sic*) versus Orientem et Rossetto versus Oc-
 « cidentem sunt præcipua, in mare Mediterraneum e regio-
 « ne Cyprî effunditur. Incrementum ejus admirandum quod
 « attinet, causa ejus præcipua est aquee copia, quæ hibernis
 « temporibus continuus pluviis de cælo cadit, (hyeme ibi
 « cum vere nostro, hoc est in principio Aprilis incipiente).
 « Quæ non minutim, ut apud nos, sed tanta copia tantoque
 « cum impetu cadit, ut terra adhibendum non sufficiente,
 « omnes undique fluvii tandem intumescant, præcipue cum,
 « ut supra diximus, continuæ sint, per quinque integros
 « menses scilicet Aprili, Maio, Juno, Julio et Augusto,